Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



13

niscius concelebrat. Perfectius autem in futuro. quando
uidebit in re quod nunc uidet in spe. & implebit illud.
Beati qui habitant in domo tua dne. & cetera. Vnde
Ezechiel dicit se uidisse librum in quo erat scriptum
carmen lamentationes. & ue. Qui enim ibi uoluerit
carmen cantare. hoc est canticum nouum. necesse est ut in
presenti habeat lamentationem deflendo sua & aliena
peccata. Qui u̅ in presenti contempserit habere la
mentationem. ue illi sine dubio in futuro erit. ut illis
sine fine habentib; ue. isti sine tormento alleluia
decantent uenturi. Pergamo. Pergamum interpretatur
diuisio cornuum. Cornua significant regna. ut habes in
libro danielis. & in zacharia. Cornua ergo xpi. intelli
guntur sci ad regnum illius uenturi. Sed sicut xpi cornu
a eius membra sunt. quib̅ regnum daturus est ppetuum.
ita sunt cornua diaboli eius membra. que cum eo dam
nabuntur. Inter hec itaq; cornua. id est inter iustos & repro
bos. inter regnum xpi & diaboli. sca ecclia facit diuisionem.
quia segregat bonos a malis. superbos ab humilib̅ iudi
cio sententie dicens. omnis qui se exaltat humiliabitur.
De his cornib̅ & psalmista dicit. Omnia peccatorum
cornua confringam. & exaltabuntur cornua iusti. Hinc
enim discernitur regnum xpi & diaboli. humilitate sci
licet regnum xpi eleuatur. superbia uero regnum diabo
li deicit. Thyatire. Thyatira dicitur illuminata. Quo
nomine ecclia generalis designatur. que illumi
nata est ab eo qui illuminat omnem hominem uenien
tem in hunc mundum. Cui apls. Fuistis aliquando te
nebre. nunc autem lux in dno. De qua & esaias. Popu